

intellige non fodinas ipsas, ut eruatur ex ipsis fodinis, sed quod metallica sit natura. Et meyer

nichts anders dan die grossen alten schlaecten hauffen/ die jetzt wid gschmeltzt werdē, in den selbigen wirt gefunden onichitis cadmia factitia.

III. Placodis, id est, crustosa, nā planis crustis cōstat. Inter has species est et quæ plantis seu zonitis dicitur, quæ ueluti cingulis apparet multiformis.

IIII. Ostracitis, gracilis, nigra, sed quæ testaceam faciem habet, terram amplexa est.

V. Capnitis, id est, furnaria, uel uolatilis, quæq; fermè spodion, siue pompholix, siue nihili est, reperitur in oris fornacū, et in summis fornacibus. Est parua differentia inter illa, imò unū et idē sunt, ex eadē materia. Sunt et iisdem uirib. capnitis hæc cadmia, et pōpholix: possunt tamē discerni, propter diuersa loca ubi fiant. Capnitis hæc reperitur in oris fornacū, pōpholix uerò in summitate fornacū.

Hæ species ualent ad emplastra, et est omnium illarū effectus, astringere, cum caliditate, quemadmodum et pyritis est stipticus, ut dicit Serapio. Præterea uis illarum est, caua explere, sordes expurgare, exiccare corporis moatus, excrescentias carnis, coërcere, crustas creare, ulcera ad cicatricē perducere.

Quia uerò hæ cadmiæ ualde sint calidæ et siccæ naturæ, urumur et lauamur modis, quos præclare docet Dioscorid, ut scilicet utiles fiāt ad emplastra